

est enarrant gloriam dei filij uerbi incarnati facti de terra celi. Hec enim gloria soli domino est congrua. **H**omen est cuius magis con-  
siliij angelus. **I**stud consilium lapsi homini auxilium. **E**st antiquum et profundum et uerum factum solis tantu scis  
cognitum. **D**um angelus iste homo factus ex muliere immortalis de terra celum fecit ex homine angelum. **H**ic  
dominus exercituum deus cuius sunt angeli missi in terra apostoli. **Q**uibus se ipsum uinum sicut resurgens in multis  
argumentis pacem uictor mortis nuncians. **Q**uod uobis ego sum inquit nolite iam timere predicare uerbum dei  
creature omni coram regibus et principibus. **S**icut nascit me pater et ego mitto uos in mundum estote ergo prudentes  
sicut serpentes sicut columbe simplices. **H**inc petrus romam apostolorum princeps abiit. **P**aulus greciam  
ubi docens gratiam. **T**er quatuor proceres in plagis terre quatuor euangelizantes trinum et unum. **I**ndias  
Jacobus uterque et lupus bartholomeus. **S**ymon thadeus. **J**ohannes thomas et matheus. **D**uodecim in  
dices non ab uno sed in uno diuisi per orbem diuisos in unum colligunt. **I**n nomine etiam exiit sonus eorum et in fines orbis terrarum  
uerba eorum. **Q**uam speciosi pedes euangelizantium bona predicantium pace sanguine christi redemptis ita thronum syon  
regnauit deus tuus. **Q**ui uero scilicet fecit quod per nos uerbum caro factum est in fine seculorum. **H**oc uerbum quod predicant  
christum crucifixum qui uiuit et regnat deus in celis. **H**is sunt celi in quibus ipse habitas in quorum uerbis rotas singulas  
signis rotas gratia. **H**is diuisi rotare celi desuper et nubes pluant iustum aperiat terra geminans. **D**ermen  
iustum suscita terra matrem quam apostolicis uerbis sanctis germinare facies. **Q**uorum uerbis uerbum patris tenentes in pacem  
fructum esse fac nos et domine. **H**is celi quos magis consilij angelis et habitas quos non seruos sed amicos appellas quibus omnia que audisti  
a patre notificas. **I**n hac diuisione collem gregem addias et diuisum et iudicio pacis unum ut in te unum simus sicut in patre tuum. **H**ic  
rore nobis tu qui habitas in celis. Amen.